



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

107. Quænam sint causæ excusantes à peccato eligentes minus dignum,  
relicto digniori? Et an in concursu beneficiorum, & Cathedrarum eligendo  
dignum, prætermisso digniori, teneantur ad restitutionem? ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](#)

# 368 Tract. III. De Potestate Episcoporum,

## RESOL. CVI

An Proreges debent ad Episcopatum nominare Digniores, dignis postpositi in Nomina, ut vulgo dicitur, quam minus ad Regem? Ex p. 9. tr. 7. & Milc. 2. Ref. 7.

**S. 1.** **C**ausa est quotidiana. Ego de illo olim interrogatus fui à Duce Alcalen, tunc Siciliæ Prorege, & affirmatiuè respondi. Postea inueni hanc sententiam docuisse Hurtadum de Mendoza, ut alibi adnotauit. Nunc inuenio eam docere doctissimum P. Joan. Capatam in discepto de iust. distribui. p. 2. c. 6. n. 25. vbi loquens cum D. Petro Fernandes de Castro, Comiti de Lemos, sic afferit: [Quare Christianissime Princeps] attentissima debent confideratione penfare ij, quibus in unum est à supremo Rege, vt facta, inter alios, sim plici, & honesta distinctione, discernant, qui fuerint ad illius Regni, nouique Indianorum Orbis Beneficia, & Episcopatus digniores; & ipsi, vt summo Patrono, eos eligendos proponant; in quorum conscientia suam Rex deponit confidenter, cùque illorum Regnum credit uilitatem. Attentè, inquam, & timide consultationes exquirant, & non semel, aut iterum, promouendorum conditiones examinent, vt secundum cuiusque gradus dignitatem, aut materiam, vnum alteri præferant eligendum. Si quidem illum Rex, vt dignorem aliis, putat sibi consultari, quem in loco primo inspicit collocatum: & eum, qui in secundo, debere ei anteponi, qui in tertio, & sic deinceps. Et quamvis supremus Rex, altissima sua determinatione, & return omnium consuettissima cognitione, alium ex suo Marte possit designare Patrem, iis omnibus sibi consultis, posthabitus, id tamen raro, aut nunquam fecisse cognoscimus. Ut tanto maiorem eis consulibus sollicitudinem ingrat, quod maiorem eis in huiusmodi rebus fidem adhibet: ita vt non alium præter hos à suis consulibus consultatos, estimet dignorem. At quibus est sub periculo salutis æternæ, talis cura à Deo, à Rege, à Regno, commissione, nonne contra fidelitatem iis omnibus debitam facient, si neque Deo inserviant, neque Regi obtemperent, neque Regno de sibi necessariis, & melioribus prouideant? Et alio ducti alios minus dignos, vel quia potentiores, vel quia diligentes, vel quia à Potentatibus, in ipsorum gratiam, & ob aliquicu seruitij gratitudinem (quod nefas est in Ecclesiæ Dei) adiutos; dignioribus, doctioribus, rebus ipsius magi's expertibus, & terra ipsi, & eius incolis accommodatoribus, atate, ac prudenter magis idoneis, qui & Deo, & Regi, & Regno, possint dignum præbere famulum, præferant, eligant, & discernant; & prærendos, eligendos, & disciendos offerant. Superiori Patrono, Absit ab eis. Quod à te, tuisque consulibus Christianissimis, & sapientissimis abesse, iandiu in toto hoc Vniuerso, illius nostri Orbis prouentum, & uilitatem manifestissime deprehenditur. ] Hucusque Capata, quæ individualiter firmant casum nostrum pro Consilio supremis, & Proregibus quædem, vt boni Principes solent obseruare, ita aliqui cum damno Ecclesiarum in hoc scopulo aliquando naufragantur.

## RESOL. CVII.

Quenam sint causa excusantes à peccato eligentes minus dignum, relicio digniori? Et an habentes concursus beneficiorum, & Cathedraru[m] eligendo dignum, prætermisso digniori, teneantur ad restitutionem?

Et notatur in dicto casu minus dignum etiam sibi & Electoribus notum sit dignorem in electione esse prætermisum, posse hoc non obstante, sine peccato beneficium, & Cathedram acceptare.

Et an minus dignus possit se offere ad obtinendum beneficium, &c. Ex p. 3. tr. 5. & Milc. 1. Ref. 111. alias 110.

**S. 1.** **P**rimò, quando excessus non est notabilis, & manifestus. Secundò, quando magis dignus est de alia domo, vel Ecclesia: igitur licet præfetur indigena dignus extraneo digniori; quod perpetuò tene menti.

**S. 2.** Tertiò, cum maior pars vult eligere minus dignum, tunc minor pars potest non eligere dignorem sed dare suffragium minus digno, quod est valde notandum; & hoc procedit etiam sibi electores iurassent eligere dignorem; & sic eligendus est minus dignus, quando est magis acceptus Conuentu. Quartò, quando ex tribus concurrentibus, scilicet digno, magis digno, & indigne eligitur indignus, si pro digno suffragium non do. Quintò, cum dignior præfetur alteri Ecclesia, & est postulans. Sextò, quando magis dignus est implicatus negotiis externis, vel non ita residentiam facit, sicut minus dignus. Septimò, si minus dignus sit iam expertus, & differens circa prælaturam, & dignior inexpertus. Octauò, quando non est liberum collator, vel institutor conferre alteri, vel alium instituere, quām sibi præsentatum à patrone. Nonò, si beneficium ex sua institutione per Ecclesiam confirmata, vel acceptata, dandum sit aliqui ex certa familia, vel oppido. Decimò, si beneficij Parochialis fundator præferset dignum, & non dignorem, nam hoc ei licitum est facere. Undecimò, quando quis beneficiū resignat digno, prætermisso dignorem. Et tandem duodecimò, patronus laicus potest eligere, & præsentare minus dignum, relicio digniori. Et haec omnia inuenies apud Ioan. Valerum in *differentiis viriisque fori, ver. elec[tio, diff. 1. n. 1.* Ioan. de la Crux in *direct. p. 1. pr. q. 7. art. 2. dub. 9. concl. 1.* Ric. p. 3. *decis. 2. 14. n. 3.* Sylvin. 2. 2. q. 6. art. 2. *queritur 4. concl. 3.* Tanner. in 2. 2. *diff. 4. q. 8. dub. 2. n. 17.* Lessum *lib. 2. c. 34. dub. 13. n. 58.* Villalobos in *summa, tom. 2. tract. 8. diff. 4. n. 6. & seq.* vide etiam Malderum in 2. 2. *trat. 9. cap. 2. dub. 7.*

**S. 3.** Notandum est hic obiter, quod licet sit probabilius opinio afferens in concursu beneficiorum, & cathedralium electores, eligendo dignum, prætermisso digniori, teneri ad restitutionem: attamen opinio contraria est probabilis, & tutia in praxi. Vide Villalobos in *summa, tom. 2. trat. 8. n. 15.* Sotum de iust. lib. 4. *quest. 6. art. 3. ad 6.* Nauarrum *cap. 17. n. 74.* & alios.

**S. 4.** Nota secundò, quod in dicto casu, minus dignum etiam sibi, & electoribus notum sit dignorem in electione esse prætermisum, posse tamen hoc non obstante sine peccato mortali beneficium & cathedralem acceptare. Ita Turianus *tom. 2. in 2. 2. diff. 22. dub. 3. n. 8.* & Sotus de iust. *lib. 3. q. 6. art. 2. post. 9. concl.* quid quid in contrario afferat Petrus Nauarra de *ref. lib. 2. c. 2. n. 63.* quod probabilissimum putat Tannerus in 2. 2. *diff. 4. q. 8. dub. 2. n. 15.* Verum tu tene sententiam Turianum, qui *n. 4.* notat hoc procedere post electionem, nam ante electionem minus dignus, quando certò agnoscit ex proprio, & aliorum iudicio se esse minus dignum, omnibus consideratis, non potest petere præbendam, seu beneficium curatum; petit enim rem iniustam, quam electores non possunt facere absque peccato simul, & damno tertie personæ. Et hanc sententiam docent etiam nouissime Ledesma in *sum. tom. 2. trat. 7. concl. 7. diff. 19.* & Sylvinus in 2. 2. *quest. 63. art. 2. concl. 4.* quando certò & manifestè aliud est dignior, nam si alterius maior idoneitas sit dubia, putetque minus di-

gnus

gus Examinatores posse aliquid in ipso aduertere,  
ob quod cum iudicent æquè dignum, non peccat bo-  
na fide se praefentans, rēmque totam iudicio examina-  
torum relinquens.

Sed his non obstantibus Lessius lib. 2. c. 15. dub.  
q. n. 70. docet minus dignum posse se offerre ad  
obtinendum beneficium, non petendo absolutè, ut si  
bi conferatur, sed reliquendo totum iudicium elec-  
tori, sive collatori.

### RESOL. CVIII.

An qui in concurso, omnis digniori, eligit dignum, sene-  
tur ad restituitionem.  
Item de electione ad Cathedram, & Canonicatum  
Eccliarum, si fuit per concursum. Ex p. 11. tr. 4. &  
Mil. 4. Ref. 35.

§. 1. Atis quidem probabile existimo : ut alibi  
probauit, & patet ex Amico in cursu Theolo-  
gia 15. dis. 34. n. 24. eligentem dignum extra con-  
cursum, & elicio digniori ad beneficia curata, ad nullam  
restituitionem teneri.

2. Difficilas est, idem dici possit de electione  
in concurso, & negatiuam sententiam tenent Do-  
ctores, quos citat, & sequitur Thomas Hurtadus  
tom. 2. contr. 121. c. 1. §. 12. n. 1792. quia ex vi con-  
cursus, & edicti fit quoddam pactum, saltem impli-  
citum eligendi dignorem eorum, qui se examini-  
ficiuntur. Unde in edicto dicitur quod cuique serua-  
bitur ius suum, ergo ex edicto est promissio electio-  
nis faciendo rectum iudicium, & ferendi sententiam  
pro digniori, ex vi cuius promissionis omnes oppo-  
nentes ius acquirunt, ut inter ipsos dignior eligatur,  
& non solum quod non eligatur aliis extra opposi-  
tores; et enim concursus iste concertatio quædam  
proprio premio in qua necessario imbibitur pactu  
de dando digniori; quod includitur in ipso electo,  
nisi aliud exprimatur.

3. Et sic lex, & statutum ordinans, quod bene-  
ficium conferatur in concurso, sicut statutum Trident.  
lib. 44. cap. 18. de beneficiis parochialibus habet  
impliciter promissionem de dando digniori, immo-  
biliter illam explicit Trident. quæ promissio cum onerosa  
sit, habet pactum vltro circuito obligatorium, sine  
quæ Ecclesia non transfert vices sua, collatoribus, &  
distributoriis, nisi digniori conferant, & sic distri-  
butor si sic non conferat, merito censetur esse in  
fraude & dol, teneatque fraudulenta digniori restitu-  
tio, ille enim fraudulentus impeditur, ut potè non  
flans promissioni, & dignior ius, suum exercent, de  
quo cetero datur digniori ius appellandi, ut determi-  
nat Plus V. in sua Bulla de conferen. beneficiorum. Et  
idem ius vi detur habere quicunque dignior omisus  
in concurso cuiuscumque alterius beneficij, vel Ca-  
thedrae, ad quod concurcantur oppositores per  
concursum.

4. Hucusque Hurtadus, cui adde nouissime Pa-  
trum Gerundam de Episcopo tom. 2. l. 6. disputat. 12.  
c. 4. numero 4.

4. Sed his non obstantibus, præter Sotum, Le-  
dermann, Nauarum, & Henriquez citatos ab Hurtad-  
o vbi supra, affirmativa sententia tuerit Magister  
Iohannes Zapata y Sandoval Augustinianus in di-  
cepatione de iustitia distributiva impresa Valli foli  
anno 1609, & directa ad Comitem de Lemos, sic  
itaque afferit p. 3. c. 3. num. 11. Adhuc in nostra sen-  
tencia perficimus, afferentes ex eo quod magis dignus  
prætermittatur, obligationem restituendi non oriri.

6. Et sic ad id, quod ex Concilio deductum ali-  
quid nostræ determinationi opponi posset existimari;

Respondeo, in Conci Tiid. & in motu proprio non  
dari ius magis digno, vt quasi proprium sit illius be-  
neficium, aut iure suo debitum, sed solum præcipi, vt  
dignior eligatur propter utilitatem Ecclesie; que  
quidem obligatio etiæ est de iure divino, & naturali.

Illius tanquam transgressio non obligat ad restitu-  
tionem, quia tamen datur ius examinationis, & appro-  
bationis, si alij præter hos eligantur, tenerentur elec-  
tores ad restituitionem, scilicet ad el gendum aliquem  
ex approbatis. Similiter quando ex approbatis,  
elector eligit unum tanquam magis dignum habet  
ius ad petendam institutionem & collationem titulū,

non ex maiori dignitate; sed ex electione illius iam  
facta. Quod vero possit dignior prætermisus appelle  
ad superiore, ut prior reuocetur electio potius  
nostræ assertiōnem confirmat. Nam si valida fuit  
prior electio digni, non fuit facta iniustitia stricta  
magis digno. Talis enim iniustitia sententiam annul-  
lat, sed propter ipsam utilitatem Ecclesie, quam in-  
tendunt Concilium, & Summus Pontifex, datum  
fuit de novo ius digniori prætermisso, ut appellaret,  
postendo nouum examen. Potuit enim in priori ex-  
amine reperiri iniustitia in modo procedendi, aut in  
eo, quod non fuerit pronunciatus ut dignior, qui no-  
tabiliter, & notoriè magis dignus erat. Nam licet ex  
tali dignitate non habeat proprii ius ad beneficium  
collatum, est illi ius ad recindendum priorem electionem,  
qua non fuerat recte, & ad intentum Ecclesie  
facta.

7. Ex quo infero idem fore dicendum in electio-  
ne Cathedrarum, Vniuersitatum, & Canonicatum Ref. & §.  
Eccliarum, qua per veram, & propriam oppositio-  
nem, & suffragantium placita conferuntur.

8. Nulla enim ex electione digni, etiam si dig-  
nior omittatur, obligatio restituendi suboritur, ut Ref. præ-  
expresse M. Soto, Nauarus, & alij determinant, & rita. §. Nota-  
tiones ij, qui supra citati sententiæ nullam oriri obli-  
gationem restituendi, quando beneficium conferuntur  
alii digno, digniori dimisso: Nam prorsus militat  
utroque eadem ratio. Non enim digniori Cathedra,  
Canonicatus, aut beneficium debetur proprio eius  
iure, aut propriæ iustitiae titulo; sed Reipublicæ,  
Ecclesie, aut vniuersitati debetur direcè dignus mi-  
nister ex communitate iustitia, cuius transgressio in  
hac parte non obligat ad restituitionem: Neque illam  
petunt Reipublicæ, Vniuersitas, aut Ecclesia quando  
illis datus dignus minister; secundarius autem res-  
pectus, ut magis digni remunerentur, efficit quidem  
ut graviter peccent, qui digniores non preferunt;  
non tamen tribuit titulum ut ipsi aliquid restituatur.  
Et hæc omnia docet Zapata vbi supra, ex quibus  
habetur responsio ad argumentum, quæ pro sua firmanda  
sententia adducit supra Pater Hurtadus.

9. Quid ego sentiant, dicam breuiter. Prima opinio  
est communior, & sequenda, & illi ego adhæreo?  
Sed an opinio contraria Soti, Zapata, & aliorum sit  
practice improbalis, ut vult Thomas Hurtadus,  
vbi supra, remitto me iudicio Doctorum virorum.

10. Nam ego absolute inuenio Sanchez in opus.  
tom. 1. lib. 2. cap. 1. dub. 46. num. 1. vocare illam proba-  
bilem, & ad argumenta Hurtadi respondere; vocavit  
illam etiam probabilem Trullench. Decalog. 1. lib.  
7. cap. 11. dub. 8. num. 7. in principio.

### RESOL. CIX.

An presentatus à Patrono laico ad Ecclesiam Paro-  
chiale posse ab Episcopo examinari coram Exa-  
minatoribus non constituisse in Synodo.  
Et an in Parochialibus iuris Patronatus requiratur  
examen per concursum.

E